

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte
Lateinische Grammatica**

Lange, Joachim

Halle, 1726

Precatio

[urn:nbn:de:bsz:31-263836](#)

tas : certe in eadem re utilitas & turpitudo esse non potest. Cic.

§ III. Signum interrogationis oder ein Frage-Zeichen
Si (?)

Signum exclamationis oder admirationis, wenn man sich über ein Ding verwundert oder über etwas ausruft, ist (!)

§. IV. Parentesis ist, wenn man etliche Worte in einer Rede, zu der sie eigentlich nicht gehören, zwischen zweyen Häckchen einschiebet. Als :

Perdifficilis, Brute, quæstio est (quod tu minime ignoras) de natura Deorum. Cic.

Asteriscus ist ein Sternchen (*), womit man etwas merkwürdiges bezeichnet.

§. V. Signum divisionis ist, wenn ein Wort zu Ende nicht kan ausgeschrieben, und daher muß zertheilet werden (- oder -)

Signum oder Nota Apostrophi ist, wenn ein Vocalis zu Ende ausgelassen ist. Als egon', segn' es.

Signum citationis ist, welches man in margine setzt, wenn man etwas aus andern Büchern anziehet. (")

PRECATIO SCHOLASTICA MATUTINA.

GRATias tibi agimus, alme ac cœlestis Pater, ex animo in nomine Iesu Christi: quod nocte pulsâ nos rurus salvos gratiae hujus diei luci reddidisti. O Pater lumen, qui e tenebris iustisti prodire lucem, concute ac penetra pectora nostra verbi ac Spiritus tui efficacia: & expelle ignorantiae ac errorum tenebras. Fac in nobis exoriri rosaliam gratiae tuae auroram, animisque nostris inde clarissimum Spiritus tui fulgorem: ut divino piezi lumine vere ac lucide agnoscamus Te, Patrem benig-

gnissimum, ac Dominum nostrum, Jesum Christum, in Spiritu Sancto. Adesto nobis, ut prima evigilantium ac ultima obdormientium cogitatio ac meditatio semper sit de Te. Largire nobis, ut sicuti a naturali, ita etiam a spirituali somno experrecti, *ārisias* ac securitatis veterum excutiamus: haud immemores, nos, ut e lecto surguimus, ita etiam aliquando ex sepulcro excitatos ad tuum impius tremendum & piis exoptandum, tribunal esse prodituros. Indue nos Summe Pater, ut nosmet induimus ipsos: indue nos vestibus Christi, filii tui unigeniti, vestibus salutis, justitiae ac sanctae innocentiae. Lavanos, ut nosmet lavimus ipsos; lava & ablue nos sanguine Iesu Christi, lavacro purissimo pariter ac efficacissimo.

Tu DEus es summa Majestate verendus. Totum hoc, quod miramur, mundi sistema produxisti ex nihilo: creasti & nos, quos etiam sustentas ac conservas. Nos vero nil nisi pulvis & cinis; sed a te tamen sumus creati & redemti, ut a solius tui voluntate, gratia & nutu pendamus. In te uno omnis nostra requies, beatitas ac salus. Extra te ipsa etiam felicitate nihil est miserius, quiete nihil turbulentius, gaudiis nihil tristius, voluptate nihil amarulentius, dixit enim nihil fluxius ac indigentius. Nam in te nil nisi bonum! sine te nil nisi malum. Ecce ergo nos tibi totos! Ecce tibi mentem nostram, quam collustra vera fide, ac viva tui agnitione atque sapientia. Ecce tibi cor nostrum, quod emolli, quia durum est: purga, quia peccatorum sordibus inquinatum: converte, quia a te est aversum: vera fide, veroque tui timore illud imbu & amore exorna. Ecce tibi totam nostram animam ac totum corpus: toti tui erimus, totus noster esto. Dona nobis ducem ac lucem, Spiritum tuum sanctum, qui nos hodie regat atque gubernet, a peccatis avertat & ad bene agendum efficaciter impulsos ducat.

A a 4

Et

n pot-
reicher
i man-
s aus-
In eine-
weyhen
igno-
etwas
Ende
erden
alis ju-
sehet,
animo
rur-
lumi-
ic pe-
& ex-
nobis
ostris
ple-
beni-
gnis-

Et quia id vitæ genus, quod literarum optimarumque artium studiis sacrum est, amplexi sumus: rogamus te, Pater misericors, enixe per Dominum nostrum IESUM Christum, velis copta nostra habere rata, nostrisque laboribus nunquam non benigne adesse, ut in solius tui Nominis gloriam, ac proximi emolumentum, quam certissime cedant.

Sumus rursus ingressi scholam, pietatis, virtutum, artium ac morum, immo & ipsius Spiritus Sancti officinam. Esto ergo nobis praesto: ut coram te simus congregati in unum, ut simus pii, industrii, alacres atque attentissimi. Deme ingenio nostro stuporem, & inde majorem menti aciem: tolle torporem, & auge memorie vim animaque alacritatem. Sic non nobis, sed tibi studebimus soli: qui studiorum nostrorum es auctor ac moderator, fons atque finis.

Commendamus tibi etiam illos, quorum cura ac labore proficimus; nec non illos, quorum amore ac beneficentia sovemur & alimur. Rege illos, qui tuum regunt populum: pasce eos, qui tuas pascunt oves. Tuam auge, serva & sanctifica ecclesiam: ut longe lateque per orbem tuum celebreetur Nomen, & tua adoretur Majestas. Exaudi nos, nostrisque annue precibus per JESUM CHRISTUM, corporis, animæ, vitæque nostræ supræmum Dominum: cui tecum & cum Spiritu Sancto sit a nobis laus & perennis gloria in secula seculorum. Amen.

TIRO.